CUIUS SUPRA ATHENIENSIBUS DIRECTA.

[H. 6] Viginus[1] papa Atheniensibus salutem.

Multa mihi fiducia est apud vos, fratres, et multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo in omni tribulatione nostra[2]. Tribulor enim, quando de vobis audio, quod non oportet. Consolor vero, quotiens ea inter vos fieri cognovero, quae bonos christianos decet implere.

Nolite, fratres, iugum ducere cum infidelibus. Unde doctor gentium loquitur dicens: Quae participatio[3] iustitiae cum iniquitate? Qui autem consensus[4] templo dei cum idolis? Vos enim estis[5] templum dei vivi, sicut dicit deus[6]: Quoniam[7] inhabitabo in illis et inambulabo et ero illorum deus, et ipsi erunt mihi in populos[8]. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus[9] [10] inferni detractos in tartarum tradidit[11] in[12] iudicium[13] cruciandos reservari, et originali mundo non pepercit, sed octavum Noe iustitiae praeconem custodivit diluvium mundo impiorum indicens[14] [15] et civitates Sodomorum et Gomorrhaeorum in cinerem redigens eversione[16] damnavit exemplum eorum, qui impie acturi[17] sunt, ponens, quid putatis iniquis[18] et impiis perseverantibus in nequitia eorum erit[19]? Iustum vero Loth oppressum a nefandorum[20] iniuria[21] conversatione[22] eruit[23]. Aspectu

**Quellen:**

2: *Atheniensibus* sec. vit. Hyg. c. 1. in libr. pontif. („*natione graecus ex philosopho de Athenis*").
3f.: *Multa - nostra*, II Cor. VII. 4.
7-10: *Nolite - populos*, II Cor. VI. 14. 16.
10-19: *Si - blasphemantes*, II Petr. II. 4-10.

---

[1] Yginus *V630;* Iginus *korr. aus* Viginus *VD38*
[2] vestra *V630*
[3] *am Rande* societas *VD38*
[4] consensus] consensus in *I83*
[5] estis *fehlt V630*
[6] dominus *VD38*
[7] Qm *O93*
[8] populus *korr. aus* populos *V630;* populis *I83*
[9] *am Rande* funibus peccatorum *VD38*
[10] ruentibus *korr. aus* rudentibus *N442*
[11] tradidit in *korr. aus* tradidit *O93; N442*
[12] in *fehlt V630; I83*
[13] iudicio *I83; VD38*
[14] *am Rande* iubens fieri *VD38*
[15] inducens *korr. aus* indicens *V630*
[16] *am Rande* destructione *VD38*
[17] acturi *korr. aus* aturi *V630*
[18] iniquis et impiis] impiis et iniquis *VD38*
[19] erit *fehlt V630*
[20] *am Rande* sceleratorum *VD38*
[21] *interlinear* iniusta ac luxuriosa *O93*
[22] conversatione *korr. aus* conversione *O93;* conver one *N442;* conversione *I83; VD38*
[23] erunt *VD38*

enim et auditu iustus erat habitans apud eos, qui de[24] [25] die in diem animam[26] iustam iniquis operibus cruciabant[27]. Novit deus pios de temptatione[28] eripere, iniquos vero in diem iudicii cruciandos reservare, magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immundiciae ambulant dominationemque contemnunt[29], audaces sibi placentes sectas[30] non metuunt facere blasphemantes. Unde alieni[31] erroris societatem[32] vel a sui propositi tramite[33] recedentem aut apostolicae sedis[34] iussionibus inoboedientem suscipere non possumus, nec impedire recte credentes vel sanctorum patrum[35] iussionibus obtemperantes permittimus, quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio[36]. Si deus, fratres, iustis non pepercit, quid[37] de nobis peccatoribus peccantibus[38] fieri putatis? Custodite vos ab omni inquinamento[39] carnis et corporis, ut salvi sitis in die adventus domini. Unum autem hoc[40] non lateat vos[41], ut[42] ait apostolus, carissimi: Quia unus dies apud[43] dominum[44] sicut mille anni[45], et mille anni sicut dies unus. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit[46] propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. Adveniet

---

## Quellen:

20f.: *Unde - possumus.* Cf. Dion. 4, Iul. 12.
24: *Custodite - carnis*, II Cor. VII. 1.
25-32: *Carissimi - habitat*, II Petr. III. 8—13.

## Rezeption:

20-23: *alieni – discretio*: Anselm v. Lucca II,15 (20: *societatem*] *societate maculatum*); Deusdedit I,16 (20: *alieni erroris*] *Alienis erroribus*; *apostolicae sedis*] *sacris canonum*); Deusdedit I.66; Polycarpus I, 19,1 (20: *societatem*] *societate maculatum*); Gratian C. III, q. 7, c. 1.

---

[24] *am Rande* id est qui omni die *VD38*
[25] de die in diem *korr. aus* in diem de die *O93;* de die in diem] in diem de die *V630; I83; VD38*
[26] anima *VD38*
[27] crutiabant *korr. aus* crutiabantur *O93; V630*
[28] temptatione *korr. aus* temptione *V630*
[29] contempnunt *korr. aus* condempnunt *O93;* contemnunt] contendunt, *am Rande* vel contempnunt *V630*
[30] *am Rande* falsas doctrinas hereses *VD38*
[31] aeni *I83*
[32] socium *korr. aus* societatem *V630*
[33] *am Rande* via rectitudine *VD38*
[34] sedis *korr. aus* sede *V630*
[35] patrum] patrum tuorum *I83*
[36] *am Rande* divisio *VD38*
[37] quid *korr. aus* qui *VD38*
[38] peccantibus *fehlt V630; VD38*
[39] *am Rande* sordiditate *VD38*
[40] hoc non *korr. aus* hoc *V630*
[41] vos *fehlt VD38*
[42] ut] ut sicut *VD38*
[43] apud dominum *fehlt V630*
[44] deum *I83*
[45] anni et mille anni *korr. aus* anni *VD38*
[46] expectat *V630;* ait *O93; I83; VD38*

autem dies domini ut[47] fur, in qua caeli magno impetu transient, elementa vero calore solventur[48]. Cum haec igitur omnia dissolvenda[49] [50] sunt[51], quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus exspectantes et properantes[52] in adventum diei[53], per quem caeli ardentes solventur et elementa ignis ardore tabescent[54] [55]. Novos vero caelos et novam[56] terram et promissa ipsius exspectamus, in quibus iustitia habitat.

Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos[57] in aeternam suam gloriam, in Christo Iesu modicum passus[58] ipse perficiet[59], confirmabit[60], consolidabit[61]. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen. Data X Kalend. Martii Magno et Camerino conss.

**Quellen:**

33-35: *Deus - Amen*. I Petr. V. 10. 11.
35: Nota consul. desumt. ex vit. Hygin. c. 1. in libr. pontif.

[47] sicur *VD38*
[48] *am Rande* dissolventur *VD38*
[49] *am Rande* anullanda *VD38*
[50] solvenda *VD38*
[51] sint *N442*
[52] *am Rande* festinantes *VD38*
[53] dei *korr. aus* diei *N442*
[54] *am Rande* laquescunt *VD38*
[55] tabescunt *VD38*
[56] novam terram] nova terra *I83*
[57] vos *VD38*
[58] passos *V630*
[59] proficiet *O93*
[60] confirmavit *I83*
[61] solidabit *I83;*solidabitque *VD38*